



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

XX. Der Dechand und das Capitel des St. Nicolai-Stifts in Boister beurkunden den mit den Markgrafen wegen der Verlegung ihres Stifts nach Seehausen geschlossenen Vergleich, am 13. Dez. 1370.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

XX. Der Dechant und das Capitel des St. Nicolai-Stifts in Boyster beurkunden den mit den Markgrafen wegen der Verlegung ihres Stifts nach Seehausen geschlossenen Vergleich, am 13. Dez. 1370.

In dei nomine Amen. Quoniam diuini cultus auementum, veritatis testimonio, tam animarum quam corporum salutis efficax esse dinoscitur exordium; Hinc est quod nos Arnoldus decanus totumque Capitulum ecclesie Beati nicolai in Boyster, Verdenfis diocesis, preposituram et Ecclesiam parrochiam Beati Petri in opido sehuzen siue iuspatronatus dicte Ecclesie Beati Petri prefate Verdenfis diocesis per quosdam felicis recordacionis Illustres Lodewicum Seniore[m] necnon Ludewicum Romanum marchiones Brandenburgenses iam dudum preposito, decano Totique capitulo Ecclesie nostre collata in Boyster, Et nunc per serenissimum principem dominum nostrum Ottonem, marchionem Brandenburgensem, ad succurrendum egestati et inopie nostre, secundum litterarum suarum tenorem, fore omnino donatam ac confirmatam cognouimus, Quia cum redditis personarum Ecclesie nostre in Boyster predictae ac proventus earundem tenues sunt et exiles, Similiter et hanc donacionem et confirmacionem dicti domini nostri Ottonis Marchionis et fratrum suorum predecessorum marchionum Brandenburgensium predictorum in omnibus graciis suis, commodis, honoribus, punctis et articulis, libertatibus inibi donatis et contentis suis litteris confirmauit, roborauit, donauit et plenissimum eis robur attribuit, taliter et tali modo, vt prefatus dominus noster Otto, marchio Brandenburgensis una nobiscum vnā personam eligere debeat, Cum eam et totiens et quando eandem vacare contingeret, quam ipse sui que heredes et successores similiter vna nobiscum vnanimiter reuerendo in cristo patri domino Episcopo Verdenfi debemus presentare. Quam quidem graciā, donacionem et confirmacionem suis litteris in omni robore, efficacia ad prefati collegii nostri commodum et vtilitatem suorumque progenitorum, predecessorum et successorum animarum remedium sempiternum perpetuis temporibus mandauit et voluit inuolabiliter obseruari. Insuper quia prefati collegii persone cuiuscunque eciam dignitatis fuerint et condicionis propter loci fragilitatem, cum sit in planicie sine munimento quouis situatus, et quibuslibet malignari volentibus sine difficultate qualibet aditus pateat et ingressus, tam rerum quam personarum nostrarum hucusque sepius intollerabilem molestiam perpeffi sumus et grauissimam iacturam, vt in diuinorum exercitiis nulla gaudere poteramus libertate, ex quo de loco tutiori sepedictis dominis nostris Ludewico seniori ac Ludewico Romano marchionibus Brandenburgensibus et domino nostro Ottoni marchioni prouideri multum conueniens videbatur et oportunum, Motus igitur zelo pietatis vt nos, mansiones nostras et domicilia cum eohabitacione capitulari ad opidum ipsorum sehuzen transponere ac transferre possimus et ibidem in loco dotis et aliis locis prope dictam Ecclesiam, prelatis canonicis nostris et aliis Ecclesie nostre ministris aptis et conuenientibus, mansiones et residencias nostras facere possimus personales, nobis concesserunt et gratuitum suum in hac parte consensum et liberam donauerunt facultatem, Omnibus nobis et singulis priuilegiis, graciis, commodis, libertatibus, honoribus, proprietatibus, donacionibus, possessionibus, bonis, redditibus, conuencionibus, quibus in priori utebamur loco et eidem loco pertinentibus in omnibus et per omnia semper saluis. Insuper prefatus vero dominus noster Otto Marchio ac sui heredes et omnes successores singulas prebendas nostras, quando et quociens eas vacare contigerit absque dignitate decanatus de consensu et bona voluntate Arnoldi nostri decani ac omnium de capitulo nostrorum predictorum ac successorum omnium perpetuis temporibus vt fundatores libere conferre et ad eas presentare debent et Collacionem, presentacionem seu quamcunque aliam prouisionem et disposicionem earundem prebendarum dicto domino nostro Ottoni Marchioni suisque omnibus.

successoribus perpetuis temporibus tamquam fundatoribus reseruauimus omni modo, Jure, via et forma, quibus possumus meliori. Volumus eciam ac totum Capitulum nostrum presentes qui nunc pro tempore sumus ac nostros Successores omnes anniuersarium Ludewici senioris, Lodewici Romani, marchionum Brandeburgensium, bone memorie, Necon domini nostri Ottonis marchionis, dum iubente domino de hoc seculo migrauerit, in prefata Ecclesia Sehuzen peragi procurare et solempniter peragere per nos et successores nostros in perpetuum, ac si funus semper presens esset, cum uigiliis et missarum sollempniis Singulisque diebus dominicis ibidem memoriam Marchionum predictorum quam primum ad prefatum locum Zehuzen cum cohabitatione Capitulari ut premititur mansiones nostras fuerimus assecuti hortando cristi fideles, ut pro dictis dominis nostris marchionibus apud patrem misericordie suppliciter intercedant. In premissorum omnium et singulorum testimonium Sigillum Capituli nostri presentibus est appensum. Datum et Actum Boyster in Capitulo nostro generali. Anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>LXX<sup>mo</sup>, feria sexta post diem Beati nicolai Episcopi et Confessoris.

Nach dem Originale des Breslauer Universitäts-Archives.

**XXI.** Dechant und Capitel in Boyster verkaufen eine Hebung in Ober-Boyster an die Schar-  
tow, am 6. Jan. 1395.

Ik her erik deken, her frederik van wardenberghe, her Jan van Crughen, her Jan righeman, her Thyderik hoppener canonyke vnde dat gantze Capittel Thu dem Boyster, bekennen in dessem open briue vör vns vnde vör allen luden vnde vor use nakomelinghe, dat wy med beraden müde vnde med wlbort vser mede brüdere vorkopen vnde hebben vorkofft twe mark fuluers järliker rente vnde pleghe ouer hans ludekens huuen vnd hoff Tu den ouerboyster den wyfen luden johan vnd petro bruderen, beyde ghe heyten dy schar-towen, Tu erer twyger lyue, vor festeyn mark fuluers, dy vs dy vörbenumeden brudere wol tu danke bereydet hebben vnde de wy hebben keret vnd vt ghe gheuen in vses godeshuses nut etc. Des to orkunde hebbe ik erik deken myn Ingheseghel vnd med wulbort der vörbenumeden Canonyke vnde des Capittels jngheseghel laten henghen an dessen Brieff, dy ghe gheuen is na godes bört duzent dry hondert jär, dar na in dem vyue vnde neghentigestem Jhare, in dem daghe der openbarynghe vses heren.

Nach dem Orig. des Breslauer Universitäts-Archives. Das Siegel mit der Umschrift S. capituli Nicolai in Boister.

**XXII.** Bischof Otto von Verden bestätigt den Kaland zu Seehausen, am 29. Mai 1395.

Otto, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Verdenfis, uniuersis et singulis nobis in Cristo dilectis Decano et Camerario et fratribus Kalendarum in Sehufen, nostre Verdenfis diocefeos, in domino salutem sempiternam. Cum — vestre devocionis officium ac petitionem recipimus continentem, qualiter ob eterne retribucionis stipendium fidei nutum et fidelium remedium animarum quandam fraternitatem cum certis bonis prediis et possessionibus habuistis diucius institutam, quam a nobis pro majori tuitione et pro confirmacione postulatistis nostre confirmacionis privilegio roborandam, Nos